



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Congregatio publica prima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

Familia & Hospitia singulorum Reverendissimorum Episcoporum distin-
cte & nominatum describantur.

Hoc ipso die fuit nominatus cleru-
s vniuersus tam regularibus quam secula-
ribus pro solenni processione sub initio
Concilii peragenda, & pro solen-
ni pulsatione campanarum pridie diei
synodalis sub vesperum; & cleru-
ris in aedes Archiepiscopales fuit iussus
cum solenni habitu conuenire, vt Illu-
strissimum Metropolitanum ad Ecclesiam
Metropolitanam solenniter pluiali &
mitra indutum accedentem cum Reuer-
endissimis Episcopis comitaretur.

Die 9. Maij pridie diei Concilii affi-
xæ præ foribus aula Congregationum
Conciliarium, ac foribus palatii, ac ba-
silicæ Metropolitanæ tres Tabellæ in-
dictionis publicæ cōgregationis in hæc
verba conscriptæ.

Hodie hora 21. erit Congregatio pu-
blica Reuerendissimum Patrum D. D.
Episcoporum prouinciarum, pro Concilio
prouinciali sexto, cui intersint procura-
tores Reuerendissimorum Episcoporum
absentium, procuratores item Capitu-
lorum Cathedralium, Testes synodales
item conueniant. Omnes ecclesiastici
qui intererunt, ad sint habitu ecclesiasti-
co induiti. Omnes item quicunque sint,
vel clerici, vel laici, qui audit i velint,
conueniant. Ex Cancellerie Archiepi-
scopali die 9. Maii 1582. Subscripta.
M. Antonius Bellinus Cancell.

Item locis prædictis indictione inchoa-
tionis Concilii in hæc verba literis
grandiusculis exarata, ac tabulis ligneis
minio decenter ornatis, & impositis
suffulta & affixa.

Die crastino hora 10. adiuuante diui-
na gratia inchoabitur Concilium pro-
vincialle sextum. Ex Cancelleria Archi-
episcopali, die 9. Maii 1582. Subscripta.
M. Antonius Bellinus Cancell.

Congregatio priuata.

Illustriſſ. & Reuerendiss. D. D. Cardi-
nalis Archiepiscopus, antequam con-
gregatio publica vt supra indicta habe-
retur, priuatam congregationem con-
uocauit: cui interfuerunt Reuerendissi-

mi D. D. Episcopi, Dertohenſis, Berg-
ensis, Brixienſis, Astensiſ, Alexandri-
nenſis, Albenſis, & Intimillienſis. & fa-
cto initio à stata oratione per Illustris.
D. D. Metropolitanum recitata, de ordi-
ne in congregationibus publicis ser-
uando actum est; & ille decretus est, qui
mox in prima publica congregatione
describetur.

Tum Illustrissimus Metropolitanus
de præparatione Concilii per modum
scrutinij à singulis Reuerendiss. Episco-
pis sc̄icitatus est, ac præsertim super
executione eorum, quæ hoc de genere
Concil. prouinc. quarto descripta sunt.

Postea comparuerunt Reuer. Promoto-
res ab Illustris. D. Metropolitanano de-
lecti, & in hanc sententiam Illustris.
D. Metropolitanum & Reuerendiss. Do-
minos Comprouinciales in hac priuata
congregatione confidētes allocuti sunt.

Illustrissime & Reuerendiss. in Chri-
sto Pater & Domine D. Metropolitanus,
Patresque Reuerendiss. Quoniam iam
iam dies instat Concilii prouincialis
Mediolanensis sexti, ob eamque causam
huc conuenistis, vt pro ordinis uestri di-
gnitate, munerisque ratione, omnia ope-
rante Domino ritè rectèque agantur;
Nos Antonius Seneca Decanus huius
Ecclesia Metropolitanæ, & Io. Stephanus
Beluſius, Protonotarius Apostolicus
Ecclesiæ Vercellen. Canonicus Pri-
micerius, I. V. Doctores, & huius Con-
cilii sexti promotores, ab Illustris. do-
minatione, Reuerendissimaque Paternitate
tua, auctoritate Metropolitanana con-
stituti, Reuerendissimas D. V. requiri-
mus, & instamus, vt si quid pro hujus
Concilii sexti sancto initio foelicique
apertione agendum est, id (quæ est ve-
stra omniū caritas, & prudentia) agere,
& deliberare dignemini: & si quid præ-
terea est, quod à nobis fieri aut geri cen-
sueritis, rogamus id nobis significari;
Nos verò interea Deum omnipotentem
affidū precabimur, vt in cordibus ve-
stris gratiam Sancti infundat.

Congregatio publica prima.

H Ora vigesimaprima diei noni ha-
bita est prima congregatio publi-

ca

ea iam indicta, præmisso sono campanæ majoris Ecclesiæ Metropolitanæ spatio dimidiæ hora huius congregationis significandæ gratia; locus verò congregatiōnis fuit aula congregationum conciliarium. haec erat auleis & piis imaginib⁹ decenter & magnificè ornata, sella ex serico & auro elaborata, duobus gradibus eleuata, ac sub vmbella ex serico rubro pro Illustrissimo Metropolitanō posita erat. Inferius hinc inde subsellia in formam emicyclorum uno gradu eleuata panno violaceo tecta pro Reuerendis Episcopis disposita erant. Pauimētum totius huius ambitus interioris pan no viridi contextum erat.

Conuenerunt igitur ad congregatiōnem Illustrissimus Metropolitanus, rochetto & humerali rubro, seu mozeta vt dicunt, ac stola induit, & Reuerendissimi Episcopi ipsum comitantes, roche to humerali, & mantelletto violaceo: & fuerunt hi Reuerendissimi Domini Episcopi, Dertonensis, Bergomensis, Brixiensis, Astensis, Alexadrinensis, Albenensis, & Intimiliensis. quibus omnibus suis locis vtsupra, & ordine promotionis seruato confidentibus, primò Illustrissimus Metropolitanus affurgens detecto capite, distinctè recitauit de tabella quā tenebat Reuer. D. Archidiaconus Metropolitanæ, & alter Canonicus ordinarius Diaconus statam orationem, Adsumus sancte Spiritus &c. qua absoluta omnes confederunt. Simul etiam sedebant Reueren. D. Procuratores Reuerendissimorum Episcoporum absentium, & capitulorum, nempe à tergo, & post Reuerendissimos Episcopos prope parietem in dextera scilicet parte.

Omnibus hoc ordine & loco suo confidentibus, Illustrissimus Metropolitanus ad Reuerendis Patres, ceterosque qui adiabant, habuit breuem concionem, rerum de quibus agebatur rationi, verborum & sententiarum grauitate valde accommodatam.

In medio hoc confessū de more ante oculos Illustrissim. Metropolitanū crux erat, quā Notarius Metropolitanus pro sui muneris ratione manu perpetuōrebat. Absoluta concione, affurgunt Reuer. Promotores, & exhibent instrumen-

tum suæ deputationis, ac instant pro inchoatione Concilii ad præscriptū Concil. Trident. & inductionem in V. Concil. prouinciali factam; & rogantur vota Reuerendissimorum Patrum. Qui vnanimiter consenserunt, quæ omnia inferius in prima sessione describentur. Item lectum est decretum Illustriss. Metropolitanani de initio Concilii; tum fores aperiuntur: & facto silentio, Cancellar. de mandato Illustriss. Metropolitanani alta voce haec verba protulit: Reuerendi Domini, si quis velstrum est, qui ad hanc sanctam Synodum aliquid referre velit, datur ei libera dicendi facultas; & haec eadem verba vulgariter statim per Notarium fuerunt prolatæ. Paruo interiecto interallo alta voce ab eodē Cancellario fuerunt vocati ordinatim & distinctè pro audience ut infra. Accedant Procuratores Reuerendis Episcoporum absentium qui volunt audiri.

Per Reuer. D. Archidiaconum Metropolitanæ fuerunt introducti procuratores Episcoporum absentium his conceptis verbis: Illustrissime Metropolitanæ, Adsunt Procuratores Reuerendissimorum Episcoporum, Aquensis, Nouariensis, Vercellenensis, Laudensis, & Sauvannensis absentium, qui habent quod ad hanc sanctam synodum referant. & singuli accesserunt ad Illustrissimum Metropolitanum, cui exhibuerunt procurations suæ instrumenta.

Similiter etiam Procurator Reuerendis Episcopi Nouariensis suum mandatum Illustrissimo Metropolitanō præsentauit tenor is subsequentis. Mandatum Episcopi Nouariensi.

In nomine Domini &c. Cum mense Maij proximè futuro indicta sit sancta Proutinciali sexta Synodus.

Multumque Illustriss. & Reuerendiss. in Christo Pater D. D. Franciscus Bosius, Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Nouariensis & Comes &c. ac proutincialis, non posse eidem Synodo interessere, cum in præsentia onere visitationis ciuitatis & diocesis Ianuen. Apostolica auctoritate sibi iniuncto detinetur &c. & omni meliori modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius potuit & potest, fecit, constituit, creavit, &c.

fuum

suum certum missum, nuncium, & procuratorem &c. R. D. Albergonum Canonum absentem tanquam praesentem solum & insolidum specialiter nominatum & expressum, ad ipsius Reuerendiss. D. Episcopi Nouariensis procuratorio nomine, & pro eo comparandum coram Illustris. & Reuerendiss. D. D. Carolo S.R.E. tit. S. Praxedis Presbytero Cardinali Mediolani Archiepiscopo, & ceteris Reuerendiss. DD. comprouincialibus Episcopis, & quibuscumque aliis ecclesiasticis viris, qui eidem Synodo prouinciali intererunt anno praesenti die 10. Maij, quae erit feria quinta Dominicæ tertiae post Pascha Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi inchoanda & celebranda, & causam praedictam pro qua idem Reuerendiss. D. constituentis legitime impeditus non potest ipsi Synodo interesse coram praefactis Illustris. & Reuerendiss. DD. Metropolitanano tanquam notoriā deducendam, de eaque si expedierit, fidem faciendum, & eam causam tanquam legitimam recipi & admitti petendum & faciendum; Tum eius Reuerendiss. Dom. constituentis & eius Ecclesiae Nouarien. nomine suscipiendum, recipiendumve, quæcumque canonum Tridentinique Concilii auctoritate in ipsa Synodo, acta, gesta, constituta, decreta sanctitate erunt, & ea obseruare iure iurando (si expedierit) promittendum, & eis subscribendum, & generaliter omnia & singula alia dicendum, faciendum, petendum, suscipiendum, recipiendum, promittendum, iurandum, & subscribendum, quae idem Reuerendiss. Dom. constituentis dicere, facere, petere, suscipere, recipere, promittere, iurare, & subscribere posset si praesens esset: Dans, & concedens eidem Reuerend. D. Procuratori suo in omnibus & singulis præmissis, & dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, plenum, amplum, & liberum, & generale mandatum, cum plena ampla libera & generali & speciali administratione; etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, quam præferti sit expressum, & promisit & promittit &c.

Introductio & comparatio Procuratorum Capitulorum.

Postquam procuratores Reuerendissimorum DD. Episcoporum absentium fuerunt singulatim introducti, ut superius connotatum est, immediateque his conceptis verbis altera & clara voce per Cancellarium vocati. Accedant procuratores capitulorum, qui volunt audiiri. Mox per Reuerend. Dom. Archidiacnum ut supra dictum est de procuratoribus Episcoporum, ad Illustrissimum D. Metropolitanum introducti hac verbo rum prolatione. Illustrissime Metropolitane, ad sunt procuratores capitulorum huius Sanctæ Metropolitanæ Ecclesie Mediolanensis, Aquisensis, Nouariensis, Alexandrinensis, Intimiliensis, Casalensis, Sauonensis, Vigleuanensis, qui volūt audiri. & singuli aecesserunt ad Illustrissimum Metropolitanum, cui reuerenter suum exhibuerunt procuratorium authenticum subsequentis tenoris.

Capituli Metropolitanæ Mediolanæ. Procuratorium.

In nomine Domini &c. Et pro eis cōparendum, interueniendum, & assitendum in Concilio prouinciali sexto de praesenti celebrando in præfata Ecclesia Metropolitanæ Mediolanensi, sub Illustris. & Reuerendiss. Dom. Carolo tit. Sanctæ Praxedis Presbytero Cardinali, Sanctæ Mediolanensis Ecclesie Archiepiscopo, ac in quibuscumque sessionibus superinde fiendis & tenendis, & qui buscumque congregationibus priuatis & generalibus, tam in palatio Archiepiscopali Mediolani, quam in dicta Ecclesia & alibi seruandis & tenendis, ac eorum votum dicendum & ferendum, ac omnia alia faciendum, quod præfas; M. R. Do. constituentes facere possent, si personaliter adfissent. Et generaliter &c. Dantes &c. & volentes &c. Promittentes &c. Releuantes &c. & de prædictis &c. Actum &c.

Postquam procuratores capitulorum auditi fuerunt, vocati sunt testes synodales his conceptis verbis per Cancellarium. Accedant testes synodales. Et cum plures